

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### I. Übersetzung

1 si volumus esse felices, si nec hominum nec deorum nec rerum  
 2 timore vexari, si despiciere fortunam supervacua promittentem,  
 3 levia minitentem, si volumus tranquille degere et ipsis diis  
 4 de felicitate controversiam facere, anima in expedito est ha-  
 5 benda. sive illam insidiae sive morbi petent sive hostium gla-  
 6 dii sive insularum cadentium fragor sive ipsarum ruina terrarum  
 7 sive vasta vis ignium urbes agrosque pari clade complexa, qui  
 8 volet illam accipiat.  
 9 ... ego recusem mihi finem, cum sciam me sine fine non esse?  
 10 immo cum sciam omnia esse finita? ego ultimum suspirium timeam?  
 11 quantum potes itaque ipse te cohortare, Lucili, contra metum  
 12 mortis. hic est qui nos humiles facit, hic est qui ipsam vitam,  
 13 cui parcit, inquietat ac perdit, hic omnia ista dilatat, terra-  
 14 rum motus et fulmina. quae omnia feres constanter, si cogitave-  
 15 ris nihil interesse inter exiguum tempus et longum. horae sunt  
 16 quas perdimus. puta dies esse, puta menses, puta annos: perdi-  
 17 mus illos nempe perituros. quid, oro te, refert, num perveniam  
 18 ad illos? fluit tempus et avidissimos sui deserit. nec quod  
 19 futurum est meum est nec quod fuit; in puncto fugientis tempo-  
 20 ris pendeo et magni est modicum fuisse. eleganter Laelius ille  
 21 sapiens dicenti cuidam 'sexaginta annos habeo' 'hos' inquit  
 22 'dixis sexaginta quos non habes?' ne ex hoc quidem intelle-  
 23 gimus incomprehensibilis vitae condicionem et sortem temporis  
 24 semper alieni, quod annos numeramus amissos. hoc affigamus  
 25 animo, hoc nobis subinde dicamus: moriendum est. quando? quid  
 26 tua? mors naturae lex est, mors tributum officiumque mortalium  
 27 malorumque omnium remedium est. optabit illam quisquis timet.  
 28 omnibus omissis, hoc unum, Lucili, meditare, ne mortis nomen  
 29 reformides; effice illam tibi cogitatione multa familiarem,  
 30 ut, si ita tulerit, possis illi vel obviam exire.

### II. Sprachliche Erläuterungen

1. Wer ist der Verfasser? Welche Indizien?
2. Formulieren Sie den philosophischen Gehalt des letzten Absatzes (ab **quantum**)!
3. Nennen Sie den Leitgedanken und die Argumente, ferner den philosophie-  
 geschichtlichen Hintergrund (mit Hinweis auf mögliche Vergleichstexte)!

